

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber quartus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Epistolarum familiarium

Ad Sidam
accederem

deor tractasse causam difficiliorem. Sic habeto tamen, nisi iam nunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato, ante nonas Sextileis, cum ad Sidam nauis accederem, & mecum Q. Seruilius esset, literae a meis sunt redditae, dixi statim Seruilio (etenim videbatur esse como- tus) ut omnia a me maiora expectaret, quid multa? beneuolentior tibi, quam fui, nihilo sum factus, diligentior ad declarandam beneuolentiam multo, nam ut vetus nostra similtas antea stimulabat me, ut cauerem, ne cui suspicionem fidei reconciliatae gratiae darem, sic affinitas nouam curam mihi affert cauendo, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

M. T. C. APPIO PVLCHRO, S.

Fore expe-
tendum.



Vasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expectendum studium tuum, sic cum de tuis rebus gestis agebatur, in seruiabam honori tuo. dicam tamen vere, plus quam acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit te, non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali viro contentus eram, sed etiam opera, consilio, domum veniendo, conueniendis meis, nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? Haec mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quae haec elaborat. INSIGNIA ENIM virtutis multi etiam sine virtute affecturi sunt, talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam, qua nihil est vberius, praesertim in his studiis, quibus uterque nostrum deuinctus est. Nam tibi me profiteor & in reipublica socium, de qua idem sentimus, & in quotidiana vita coniunctum, cum iis artibus, studiisque, quae colimus. Velim ita fortuna tulisset, uti quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te, nostrum est onus. Illud velim sic habeas, quod in reliquis hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum. Cum hac scribebam, Censorem iam te esse sperabam, eo breuior est haec epistola, & ut aduersum magistrum morum modestior. Vale.

Nihil ad te

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM
FAMILIARIVM LIBER QVARTVS.

M. T. C. SERUIO SVLPITIO, S. D.

Ex se quissis



AIUS Trebatius familiaris meum ad me scripsit, te ex se quissis, quibus in locis essem, molestusque ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses, & hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusque nostrum conicere. Vtina Serui saluis rebus (sic. n. est dicendum) colloqui potuissem inter nos, profecto aliquid operis occidenti reipublicae tulissemus. Cognoramus enim iam absens te haec mala multo ante prouidentem, defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Sero enim veneram, solus eram, rudis esse videbar in causa, incideram in hominum pugnantium cupidorum insanias. Nunc, quoniam nihil iam videmur posse

Quicum.

se opitulari reipublicae. si quid est in quo nobismetipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestissime lugeamus, nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum communicandum putem. Nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla, neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt: atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturum, nisi veritus essem, ne eius animam offenderem, qui a me ut te imitaretur petebat. Cui quidem ego, cum me rogaret ut adessem in senatu, eadem omnia quae a te de pace, & de Hispaniis dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem vides quo modo se habeat, orbem terrarum imperiis distributis ardere bello, urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam direptioni, & incendiis. Itaque

Adessem
in senatu.

mihī venire in mētē nihil pōt, non modo quid sperē, sed vix iam quid audeā optare. Sin autem tibi hominī prudentīssimo videt̄ vtile esse, nos colloquī, q̄q̄ lōgius etiam cogitabam ab Vrbe discedere, cuius iā etiā nomē inuitus audio, tñ propius accedam. Trebatio mandauī, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret, idq̄ vt facias velim: aut si quem tuorū fideliūm voles, ad me mittas, ne aut tibi exire ex Vrbe necesse sit, aut mihī accedere. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihī fortasse arrego, vt exploratum habeam, quicquid nos cōmunī sententiā statuerimus, id omneis homines probaturos. Vale.

Sperare.
Optare.

Exire ex
vrbe.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO. S. D.



D. III. Calē, Maīas cū essem in Cumanō, accepi tuas literas: quibus lectis cognoui non satis prudenter fecisse Philotimū, qui cum abs te mandatū haberet, vt scribis, de omnib⁹ rebus, ipse ad me non venisset, literas tuas misisset, quas intellexi breuioreis fuisse, q̄ eū perlaturū putasses. Sed tamē postq̄ literas tuas legi, Posthumia tua me conuenit, & Seruius noster: his placuit vt tu in Cumanū venires, q̄ etiā mecū, vt ad te scriberē, egerunt. Qz meum consiliū exquiris, id est tale, vt capere facilius ipse possim, q̄ alteri dare. Quid. n. est, qd̄ audeā suadere tibi hominī summa auctoritate, summaq̄ prudentia! Si qd̄ rectissimū sit, q̄rimus, per spicū est: si quid maxime expediat, obscurū: sin hī sumus, qui p̄fecto esse debem⁹, vt nihil arbitremur expedire, nisi qd̄ rectū, honestūq̄ sit, non potest esse dubiū, quid faciendū nobis sit. Qz existimas meā causam cōiūctā esse cū tua, certe similis in vtroq̄ nostrū, cū optime sentirem⁹, error fuit. Nam oīa vtriusq̄ consilia ad concordia spectauerūt, quā cū ipsi Casari nihil esset vtili⁹, gratiam quoq̄ nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. quantū nos fefellerit, & quem in locū res deducta sit, vides. neq̄ solū ea perspicis quæ gerunt, quæq̄ iam gesta sunt, sed etiam quī cursus rerū, quī exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea quæ fiūt, aut interesse, etiam si non probes: quarū altera mihī turpis, altera etiā periculosa ratio videt̄. Restat vt discedendū putem: in quo reliqua videt̄ esse deliberatio, qd̄ consiliū in discessu, quæ loca sequamur. omnino cum miserior res nunq̄ accidit, tum ne deliberatio quidē difficilior. Nihil enim constitui potest, quod nō incurrat in magnam aliquam difficultatē. Tu, si videbitur, ita censeo facias, vt si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo nō sit coniunctum consiliū meum cum tuo, superfedas hoc labore itineris: sin est quod mecū communicare velis, ego te expectabo. Tu quod tuo commodo fiat, q̄primum velim venias, sicut intellexi & Seruio, & Posthumia placere. Vale.

Ad tertiu
Calend.

Hi an iū:
i. tales.

Defendēda
pace.

Qz primū.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO. S. D.



Ehementer te esse sollicitū, & in cōmunibus miseriis p̄cipuo quodā dolore angī, multī ad nos quotidie deferūt. Qd̄ q̄q̄ minime miror, & meū quodāmodo agnosco, doleo tñ te sapientia p̄ditū p̄pe singulari, non tuis bonis delectari potius, q̄ alienis malis laborare. Me quidē etsi nemini cōcedo q̄ maiorē ex p̄nicie, & peste reip. molestia traxerit, tñ multa iā consolant, maximeq̄ cōscientia consiliorum meorum. Multo enim ante, tanq̄ ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram, neq̄ id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. Etsi em̄ abfui magnā partem cōsulatus tui, tamē & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicendo sententia, & ipse affui primis temporibus tui cōsulatus, cum accuratissime monuisti senatum collectis omnib⁹ bellis ciuilibus, vt & illa timerent, q̄ meminissent, & scirēt, cū superiores nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tā crudeles fuissent, q̄cūq̄ postea remp. oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum. NAM qd̄ exemplo fit, id etiam iure fieri putant: sed aliquid, atq̄ adeo multa addunt, & afferunt de suo. Quare meminisse debes eos, qui auctori tatem, & consiliū tuum non sunt secuti, sua stulticia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices, qd̄ me ista res cōsolat in tantis tenebris, & quasi perpetuis reip. est omnino vix consolabilis dolor, tanta est omniū rerum amissio, & desperatio recuperandi. Sed tamē & Casar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Qz autem a tuis abes, ideo leuius ferendum est, q̄ eodem tempore a multis, ac magnis molestiis abes, quas ad te omneis perscriberem, nisi vererem ne ea cognosceres absens, quæ quia non vides, mihī videris meliorem esse conditione, q̄ nos, q̄ videmus. Hacten-

Aduerte.

A tuis
abes.

Epistolarum familiarium

Consolatio
ob philoso-
phiam.

nus existimo nostrā cōsolationē recte adhibitam esse, quoad certior ab hoīe amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestiē tuē. Reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solatia, & (vt quē ego sentio) multo maxima: quā ego ipse experiēs quotidie sic pabo, vt ea mihi salutē afferre videant. Te autē ab initio etatis memoria teneo summe oīm doctinarū studiosum fuisse, omniaque quae a sapiētissimis ad bene viuēdū tradita essent, summo studio, curaque didicisse: quae quē vel optimis rebus, & vsui, & delectationi esse possent. His vero tēporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciā insolenter, neque te tali vel scientia, vel natura peditū hortabor, vt ad eas te referas arteis, quibus a primis tēporibus atatis studiū tuū dedisti: tantū dicam, quod te spero approbaturū, me posteaquē illi arti, cui studueram, nihil esse loci, neque in curia, neque in foro viderē, omnē meam curam, atque operam ad philosophiam cōtulisse. tuē sciētiae excellēti, ac singulari nō multo plus quā nostrae relictū est loci. Quare nō equidē te moneo, sed mihi ita psuasi, te quoque in iisdē versari rebus, quae etiā si min⁹ pdesent, animū tū a sollicitudine abducerent. Seruius quidē tuus in oībus ingenuis artibus, in primisque hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versat, vt excellat. A me vero sic diligit, vt tibi vni cōcedā, praeterea nemini, mihique ab eo gratia refertur, in quo ille existimat: quod facile appareat, quod me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

M. C. S. D. SERVIO SVLPITIO.

Paupertas
diuitiaque
orationis.



Accipio excusationē tuā, qua vsus es, cur sepius ad me literas vno exēplo dedisses. Sed accipio ex ea parte, quaten⁹ aut negligētia, aut improbitate eorumque epistolas accipiāt, fieri scribis ne ad nos perferant: illā partē excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic. n. appellas) iisdē verbis epistolas saepius mittere, nec nosco, nec pbo. Et ego ipse, quē tu per iocū (sic. n. accipio) diuitias orationis habere dicis, me nō esse verborū admodū inopem agnosco.

ἔγωγε οὐδ' αὖ ἐμὴν ὀφείλω nō necesse est, sed tū idē, nec hoc *ἔγωγε οὐδ' ὀφείλω*, facile cedo tuorum scriptorū subtilitati, & elegantiē. Cōsiliū tuū, quo te vsus scribis hoc Achaicū negotiū non recusauit se, cū semp pbauissem, tū multo magis pbauit lectis tuis pximis literis. Omnes enim causae quae commemoras, iustissime sunt, tuaque & auctoritate, & prudentia dignissima. Quae aliter cecidisse rem existimas, atque opinat⁹ sis, id tibi nullo modo assentior. Sed quia tanta perturbatio, & cōfusio est rerū, ita percussa, & prostrata foedissimo bello iacet oīa, vt is cuique locus, vbi ipse sit, miserrimus esse videat, ppter ea & tui cōsiliū pceñitet, & nos qui domi sumus, tibi beati videmur. At cōtra nobis non tu quidē vacuus molestiis, sed p nobis beat⁹, atque hoc ipso melior est tua, quā nostra cōditio, quod tu quid doleas scribere audes, nos ne id quē tuto possum⁹, nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, sed ipsius victoriē, quae ciuilibus bellis semp est insolēs.

Marcelli re
conciliatio

Vno te vicimus, quod de Marcelli collegae tui salute paulo ante quā tu cognouimus, etiā mehercule, quod quemadmodum ea res ageretur, vidim⁹. Nā sic fac existimes, post has miseras, id est postquam armis disceptari cōceptū est, de iure publico nihil esse actū aliud cū dignitate. Nā & ipse Caesar accusata acerbitate Marcelli (sic em appellabat) laudataque honorificentissime & equitate tua, & prudētia, repēte pter spem dixit se Senatū rogantē de Marcello, ne hominis quidem causa negaturū. Fecerat autē hoc senatus, vt cū a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cū C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, cūct⁹ cōsurgeret, & ad Caesarē supplex accederet. Noli querere, ita mihi pulcher hīc dies visus ē, vt speciē aliquā viderer videre quasi reuiuiscētis reip. Itaque cū oēs ante me rogati gratias Caesarī egissent pter Volcatū (is em si eo loco esset, negauit se facturū fuisse) ego rogatus mutauī meū cōsiliū. Nā statuerā non mehercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis in perpetuum tacere. Fregit hoc meū cōsiliū, & Caesaris magnitudo animi, & senat⁹ officiū. Itaque pluribus verbis egi Caesarī gratias, neque metuo etiā in ceteris reb⁹ me honesto otio priuari, quod erat vnicū solatiū in malis. Sed tū quā effugi ei⁹ offensionē, quae fortasse arbitrareē me hāc rēp. nō putare, si perpetuo tacerē, modice hoc faciā, aut etiā intra modū, vt & illi⁹ volūtatī, & meis studiis seruiā. Nā etsi a priā etate me oīs ars & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit, tū hoc studiū quotidie ingrauescit, credo & etatis maturitate ad prudētiā, & his tēporū vitiis, vt nulla res alia leuare aīum molestiis possit. A quo studio te abduci negotiis itelligo ex tuis lris, sed tū aliqd iā noctes te adiuuabūt. Serui⁹ tu⁹, vel poti⁹ noster, summa me obseruātia colit, cui⁹ ego cū oī pbitate, sumaque virtute, tū studiis, doctrinaque delector. is mecū sepe de tua māsiōe, aut decessiōe cōicat. Adhuc i hac sū snia, nihil vt faciā, nisi quod maxie Caesar velle videat. Res sūt eiusmo

Intra modum.

di, vt si Romę sis, te nihil p̄ter tuos delectare possit. De reliqs nihil meli⁹ ip̄o est. Ceteri, & cetera, eiusmodi, vt si alterutrū necesse sit, audire ea malis, q̄ videre. Hoc nostrum consiliū nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus, sed consulimus tibi. Vale.

SERVIVS SVLPITIVS. M. T. C. S.



Osteaq̄ mihi renūciatum est de obitu Tullia filie tuę, saneq̄ p̄ eo ac debuī, grauit̄, molesteq̄ tuli, cōmunēq̄ eā calamitatē existimaui, qui si istic affuissem, neq̄ tibi defuissem, coraq̄ meū dolorē tibi declarassem. Et si genus hoc consolationis minimū, atq̄ acerbū est, p̄pterea q̄a p̄r quos ea fieri debent p̄ p̄nquos, ac familiareis, ipsi pari molestia afficiunt, neq̄ sine lachrymis multis id conari queunt, vt magis ipsi videantur aliorum cōsolatiōe indigere, q̄ aliis posse suū officiū p̄stare, tamen q̄ in presentia mihi in mentē venerūt, decreui breui ad te p̄scribere, nō quo ea te fugere existimē, sed q̄ forsitan dolore impedit⁹ minus ea p̄spicias. Quid est q̄ tantopere te commoueat tuus dolor intestinus: cogita quēadmodū adhuc fortuna nobiscū egerit, ea nobis erepta esse, q̄ hominib⁹ nō minus q̄ liberis, chara eē debet, patriā, honestatē, dignitatē, honores om̄eis. hoc vno icōmodo addito, qd ad dolorē adiūgi potuit: aut qui nō in illis reb⁹ exercitat⁹ animus callere iā debet, atq̄ oīa minoris estimare: an illius vicem credo doles: quoties in eā cogitationē necesse est & tu veneris, & nos sepe incidimus, hisce tēporibus nō pessime cum iis esse actū, quibus sine dolore licitum est mortē cū vita cōmutare. Quid autē fuit qd̄ illam hoc tēpore ad viuendū magnope inuitare posset: quę res: quę sp̄s: qd̄ animi solatiū: vt cū aliquo adolescente primario coniūcta atate ageret: licitum est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac iuuetute generū deligere, cuius fidei liberos tuos, te tuto cōmittere putares. An vt ea liberos ex sese pareret, quos cū florētis videret, letaret, qui rem a parente traditam per se tenere possent, honores ordinatim in rep. p̄turi essent, in amicorum negotiis libertate sua vterentur: quid horum fuit, qd̄ non prius q̄ datū, ademptum sit: At vero malū est liberos amittere. malū, nisi hoc peius sit, hęc sufferre, & perpeti. Quę res mihi nō mediocri cōsolationē attulit, volo tibi commemorare, si forte eadē res tibi dolorem minuere posset. Ex Asia rediens cum ab Aegina Megaram versus nauigarem, cœpi regiones circūcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus, quę oppida quodā tempore florētissima fuerunt, nūc p̄strata, & diruta ante oculos iacent. Cœpi egomet mecū sic cogitare, Hem, nos homunculi indignamur si quis nostrū interiit, aut occisus est, quorū vita breuior esse debet, cū vno loco tot oppidorū cadauera p̄iecta iacent. vis ne tu te Serui cohibere, & meminisse hominē te esse natum: Crede mihi, cogitatione ea nō mediocriter sum cōfirmatus. Hoc idē, si tibi videat, fac ante oculos tibi p̄ponas: modo vno tempore tot viri clarissimi interierunt, de imperio praterea tanta diminutio facta est, omnes prouincię conquassatę sunt, in vni⁹ muliercula animula si iactura facta est, tantopere cōmoueris: quę si hoc tēpore non suum diē obiisset, paucis post annis tñ ei moriendū fuit, qm̄ hō nata fuerat. Etiā tu ab hisce reb⁹ aīum ad cogitationē tuā auoca, atq̄ ea poti⁹ reminiscere, q̄ digna tua p̄sona sūt, illā q̄diu ei opus fuerat, vixisse, vna cū rep. fuisse, te patrē suū p̄torē, cōsulē, augurē vidisse, adolescētib⁹ primariis nuptā fuisse, oībus bonis p̄p̄ functā eē, cū resp. occideret vita excessisse. Quid est qd̄ tu, aut illa cū fortuna hoc noīe queri possitis: Deniq̄ noli te obliuisci Ciceronē esse, & eū, q̄ aliis cōsueueris p̄cipere, & dare cōsiliū, neq̄ imitari malos medicos, q̄ in alienis morbis p̄fitent se tenere medicinę sciētiā, ipsi se curare nō possunt, sed poti⁹, q̄ aliis tute p̄cipe soles, ea tute tibi subiice, atq̄ apud aīum p̄pone. NVLLVS dolor est, quē nō lōginq̄tas t̄pis minuat, atq̄ molliat. Hoc te expectare t̄ps tibi turpe est, ac nō ei rei sapiētia tua te occurrere. Q̄ si qs etiā inferis sensus ē, q̄ illi⁹ amor ī te fuit, pietasq̄ in om̄eis suos, hoc certe illa te facere nō vult. Da hoc illi mortuę, da ceteris amicis, ac familiarib⁹, q̄ tuo dolore mœrēt, da patrię, vt si qua ī re opus sit, opa, & cōsilio tuo vti possit. Deniq̄ qm̄ in eā fortunā deuenim⁹, vt etiā huic rei nobis seruiēdū sit, noli cōmittere, vt qsq̄ te putet nō tā filiā, q̄ resp. t̄pa, & aliorū victoriā lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudētię tuę diffidere. Quare si hoc vnū p̄posuero, finē faciā scribēdi. Vidimus aliquoties secūdā pulcherrime te ferre fortunā, magnamq̄ ex ea re te laudē adipisci: fac aliq̄n̄ itelligam⁹, aduersā quoq̄ te eque ferre posse, neq̄ id mai⁹ q̄ debeat tibi onus videri, ne ex oīb⁹ virtutib⁹ hęc vna tibi videat deesse. Qd̄ ad me attinet, cū te trāq̄lliorē aīo eē cognouero, de iis reb⁹, quę hic gerunt, quēadmodūq̄ se p̄uincia habeat, certiorē faciā. Vale.

Renūciatū.

Vrbū de solatio.

Cadauera oppidorū.

Homo nata.

Medici mali.

Cicero in p̄speris modestus.

Epistolarum familiarium

M. CICERO. S. D. SERVIO SVLPITIO.



Go vero Serui vellē, vt scribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Quātū em̄ p̄ſens me adiuuare potueris, & cōſolādo, & p̄p̄e eque dolendo, facile ex eo intelligo, q̄ literis tuis lectis aliquantum acquieui. Nam & ea ſcripſiſti, q̄ leuare luctū poſſent: & in me cōſolādo, nō mediocrē ipſe animi dolorē adhibuiſti. Serui⁹ tñ tuus om̄ibus officiis, q̄ illi tēpori tribui potuerunt, declarauit & quātū ipſe me faceret, & q̄ ſuum talē erga me animū tibi gratū putaret fore: cuius officia iucūdiōra ſcilicet ſēpe mihi fuerūt, nunq̄ tñ gratiora. Me aut̄ nō oīo tua ſolū, & ſocietas pene egritudinis, ſed etiā auctoritas cōſolat. Turpe em̄ eſſe exiſtimo, me nō ita ferre caſum meū, vt tu tali ſapiētia p̄dit⁹ ferēdū putas. Sed opprimor interdū, & vix reſiſto dolori, q̄ ea me ſolatia deſiciūt, q̄ ceteris, quorū mihi exēpla p̄pono, ſimili in fortuna nō defuerūt. Nā & Q. Maximus, qui filiū cōſularem clarū virū, & magnis reb⁹ geſtis amiſit, & L. Paulus, q̄ duos ſeptē dieb⁹, & noſter Gall⁹, & M. Cato, q̄ ſummo ingenio, ſumma virtute filiū p̄didit, iis tēporib⁹ fuerunt, vt eos tum ipſorū dignitas cōſolaret ea, quā ex rep. conſequebant. Mihi aut̄ amiſſis ornāmētis iis, q̄ ipſe commemoras, queq̄ erā maximis laborib⁹ adept⁹, vnū manebat illud ſolatiū, qd̄ ereptū eſt. Nō amicorū negotiis, nō reip. procuratione impediēbant cogitationes meę, nihil in foro agere licebat, aſpicere curiā nō poterā, exiſtimabā id qd̄ erat, omneis me & indiſtrię meę fructus, & fortunę p̄diſſe. Sed cū cogitarē hęc mihi tecum, & cū quibſdā eſſe cōmunia, & cū frāgerē iā ipſe me, cogereq̄ illa ferre tolerāter, habebā quo cōfugerē, vbi cōquieſcerē, cuius in ſermone & ſuauiſſitate omneis curas, doloresq̄ deponerē. Nunc aut̄ hoc tā graui vulnere, etiā illa quę cōſenuiſſe videbātur, recrudescūt. Nō. n. vt cū me a rep. mœſtū domus excipiebat, q̄ leuaret, ſic nūc domo mœrēs ad rēp. confugere poſſum, vt in eius bonis acceſcā. Itaq̄ & domo abſū, & foro, q̄ nec eum dolorē, quem a rep. capio, dom⁹ iā cōſolari pōt, nec domeſticū reſp. Quo magis te expecto, teq̄ videre q̄primū cupio. Maior mihi ratio affore nulla pōt, q̄ coniunctio conſuetudinis, ſermonūq̄ noſtroꝝ. q̄q̄ ſperabam tuum aduentum (ſic enim audiebā) appropinquare. Ego autem cum multis de cauſis te exopto q̄primū videre, tum etiā, vt ante comentemur inter nos, qua ratione nobis traducēdū ſit hoc tēpus, qd̄ eſt totum ad vnus voluntatem accōmodandū, & prudētis, & liberalis, & (vt perſpexiſſe videor) nec a me alieni, & tibi amiſſimū. Qd̄ cum ita ſit, magne tamen eſt deliberationis, que ratio ſit inuēnda nobis non agendū aliquid, ſed illius conſeſſu, & beneficio quieſcendū. Vale.

M. CICERO. S. D. M. MARCELLO.



Tſi eo te adhuc conſilio vſum intelligo, vt id reprehendere non audeā, nō qn̄ ab eo ipſe diſſentiā, ſed q̄ ea te ſapiētia eſſe iudicē, vt meū cōſiliū nō anteponā tuo, tñ & amicitie noſtre vetuſtas, & tua ſumma erga me beneuolentia, q̄ mihi iā a pueritia tua cognita eſt, me hortata eſt, vt ea ſcriberē ad te, q̄ & ſaluti tuę conducere arbitrarer, & non aliena eſſe ducerem a dignitate. Ego eū te eſſe, qui horū malorū initia multo ante videris, conſulatū magnificentiſſime, atq̄ optime geſſeris, p̄clare memini: ſed idē etiā illa vidi, neq̄ te conſiliū ciuiliſ belli ita gerēdi, neq̄ copias Cn. Pōp̄ii, nec genus exercitus probare, ſemperq̄ ſumme diſſidere. qua in ſententia me quoq̄ fuiſſe, memoria tenere te arbitror. Itaq̄ neq̄ tu multū interfuiſti rebus gerendis, & ego id ſemper egi, ne intereſſem. Nō em̄ iis reb⁹ pugnam⁹, quibus valere poteramus, cōſilio, auctoritate, cauſa, q̄ erant in nobis ſuperiora, ſed lacertis, & viribus, quibus pares nō eram⁹. Victi ſumus iḡit, aut ſi vinci dignitas nō pōt, fracti certe, & abiecti. In quo tuū cōſiliū nemo pōt nō maxime laudare, q̄ cū ſpe vincēdi, ſimul abiecti certādi etiā cupiditatē, oſtendiſtiq̄ ſapiētē, & bonū ciuē initia belli ciuiliſ inuitū ſuſcipere, extrema non libenter perſequi. Qui non idem cōſiliū, qd̄ tu, ſecuti ſunt, eos video in duo genera eē diſtractos. Aut. n. renouare bellū conati ſūt, & hi ſe in Aphricā cōtulerūt: aut quēadmodum nos, ſe victos eſſe crediderunt. Medium quoddā tuum conſiliū fuit, qui hoc fortāſſe humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor a pleriq̄, vel dicā ab omnib⁹, ſapiens tuū conſiliū, a multis etiā magni, ac fortis animi iudicatū, ſed habet iſta ratio, vt mihi quidē videſ, quēdā modum, p̄fertim cum tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas omneis obtinēdas, p̄ter voluntatem. Sic em̄ intellexi, nihil aliud eſſe qd̄ dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas, ni ſi q̄ yereretur, ne tu illud beneficiū omnino nō putares. De quo quid ſentiam, nihil attinet

Iucundum
Gratum.

Me deſi-
ciunt.

Pugnare.

Humilis
animus.

Penes,

dicere, cum appareat ipse quid fecerim. Sed tamen si iam ita constituissem, ut abesse perpetuo malles, quae ea quae nolles videre, tamen id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facile passurus esset, te carentem patria, & fortunis tuis quiete, & libere vivere, cogitandum tibi tamen esset, Romae ne, & domi tuae, cuiusmodi res esset, an Mitylenis, aut Rhodi malles vivere. Sed cum ita late pateat eius potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit, nonne maior sine periculo domi tuae esse, quam cum periculo alienae? Eadem etiam si oppetenda mors esset, domi, atque in patria mallem, quam in externis, atque alienis locis. Hoc eadem omnes, qui te diligunt, sentiunt, quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisque virtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus. Nam etsi nullam potest accipere iniuriam, quam futura perpetua sit, propterea quod neque is qui tenet reperiatur, neque ipsa res, tamen imperium praedonum in tuas fortunas fieri nolo. ut autem qui essent, audeat scribere, nisi te intelligere confiderem. Hic te unius sollicitudines, unius etiam multae, & assidue lachrymae C. Marcelli fratris optimi deprecantur, nos cura & dolore proximi sumus, precibus tardiores, quam ius adeundi, cum ipsi deprecatione egerimus, non habemus. Gratia tantum possumus, quantum victi. Sed tamen consilio, studio, Marcello non desumus, a tuis reliquis non adhibemur, ad omnia parati sumus. Vale.

M. C. S. D. M. MARCELLO.



Esque monere te audeo praestanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem, unumque fortissimum, consolari vero nullo modo. Nam si ea quae acciderunt ira fers ut audio, gratulari magis virtuti debeo, quam consolari dolorem tuum: sin te tanta mala res, frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim. Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum prebeam, praestemque, ut ad omnia quae tui velint, ita sim praesto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed ea quoque quae non possum, putent. Illud tamen multum me monuisse, vel censuisse puta, vel propter benevolentiam tacere non potuisse, ut quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua res, in ea te esse oportere iudicio hominum, teque principem necessitate cedente temporis: sin autem nulla sit, hunc tamen apertissimum esse etiam ad exulandum locum. Si enim libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu vacat: sin qualemcumque locum, qui est domestica sede iucundior: Sed mihi crede, etiam is qui omnia tenet, fauet ingenio, nobilitate vero, & dignitate hominum, quantum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quam statueram. Redeo ergo ad unum illud, me tuum fore cum tuis, si modo erit tui: sin minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni, amorisque facturum. Vale.

M. CICERO. S. D. M. MARCELLO.



Si per paucis ante diebus dederam Q. Mutio literas ad te pluribus verbis scriptas, quibus declaraveram, quo te animo censerem esse oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer, tamen cum Theophilus libertus tuus perficeret, cuius ego fidem erga te, benevolentiamque perspexeram, sine meis literis eum ad te venire nolui. Iisdem igitur de rebus etiam, atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum, ut in ea res, quaeque est, quam primum velis esse. Multa videbis fortasse quae nolis, non plura tamen, quam audis quotidie. Non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moveri, cum illud idem auribus percipias, quod etiam maius videri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias, aut faciendum quod non praebes. PRIMVM temporis cedere, id est necessitati parere, semper sapientis habitum. Deinde non habet, ut nunc quod est, id vitium res, dicere fortasse quae sentias non licet, tacere plane licet. omnia enim delata ad unum sunt, is vitium consilio, ne suorum quidem, sed suo. Quod non multo secus fieret, si is res, teneret, quem secuti sumus. An quae in bello, cum omnium nostrum coniunctum esset periculum suo, certorum hominum minime prudentium consilio uteretur, eum magis eodem censem in victoria futurum fuisse, quam ceteris in rebus fuisse: & quae nec te consule tuum sapientissimum consilium secutus esset, nec fratre tuo consulatum ex auctoritate tua gerente, nobis auctoribus uti voluerit, nunc omnia tenente nostras sententias desideratum censes fuisse: OMNIA SVNT misera in bellis civilibus, quae maiores nostri, ne semel quod est, nostra aetas sepe iam sensit: sed miserius nihil, quam ipsa victoria, quae etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios, impotentioresque reddit, ut etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogant. MVLTAE ENIM victorie eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito, faciendae sunt. An tu non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria: igitur tunc quoque patria careres, ne quae nolles, videres? Non inquires. Ego enim ipse

cc liii

Cesarē in-
nuit.

Animū in-
ducas. i. ut
facias.

Temporē ce-
dedum.

Pompeium
notat.

Victoria ci-
vilibus belli.

Epistolarum familiarium

In minimis ponere. tenerem opes, & dignitatē meā. At erat tuę virtutis, in minimis tuas res ponere, de rep. vehementius laborare. Deinde, q̄ finis istius consilii est: nam adhuc & factum tuū probat, & vt in tali re, etiam fortuna laudatur. Factū, q̄ initiū belli necessario securus sis, & extrema sapiēter persequi nolueris: fortuna, q̄ honesto otio teneris & statū, & famā dignitatis tuę. Nūc vero nec locus tibi vllus dulcior esse debet patria, nec eam diligere minus debes, q̄ deformior est, sed misereri potius, nec eā multis claris viris orbatam, priuare etiā aspectu tuo. Deniq; si fuit magni animi nō esse supplicē victori, vide ne supbi sit, aspernari eiusdē liberalitatē. Et si sapiētis ē carere patria, duri nō desiderare: & si rep. nō possis frui, stultū est nolle p̄iuata. Caput illud est, vt si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandū tamen sit, ne tutior nō sit. magna gladiatorum est licentia, sed in externis locis, minor etiā ad facinus verecūdia. Mihi salus tua tantę curę est, vt Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim. Tuū est cōfulere temporibus, & incolumitati, & vitę, & fortunis tuis. Vale.

M. CICERO. M. MARCELLO. S.

Dare ei.



Tsi nihil noui, qđ ad te scriberē, habebā, magisq; literas tuas iā expectare incipiebā, vel te poti⁹ ipsum, tñ cū Theophilus p̄ficisceret, nō potui nihil ei literarū dare. Cura igit, vt q̄primū venias: venies em̄, mihi crede, expectatus, neq; solū nobis, idest tuis, sed prorsus oībus. Venit enim mihi in mētē subuereri interdū, ne te delectet tarda decessio. Qz si nullū haberes sensum nisi oculorū, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre: sed cū leuiora nō multo eēt q̄ audirent, q̄ viderent, suspi-

Interesse.

carer aut multum interesse rei familiaris tuę, te q̄primū venire, atq; in omnis parteis valere, putauī ea de re te esse admonēdū. Sed qm̄ qđ mihi placeret, ostēdi, reliqua tu p̄ tua prudentia considerabis: me tñ velim, qđ ad tempus te expectemus, certiozem facias. Vale.

M. MARCELLVS. M. CICERONIS. S.

Cū & tum.



Lurimum valuisse apud me tuā semp auctoritatē, cū in omī re, tum in hoc maxime negotio potes existimare. Cū mihi C. Marcellus frater amārtissim⁹ mei, nō solum consiliū daret, sed p̄cibus quoq; me obsecraret, non prius mihi persuadere potuit, qđ tuis est effectum literis, vt vterer vestro potissimū consilio. Res quę admodum sit acta, vestre literę mihi declarāt. Gratulatio tua etsi est mihi p̄batissima, q̄ ab optimo fit aīo, tñ hoc mihi multo iucūdius est, & gratius, q̄ in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorū, q̄ vere meę salutē fauerēt, te cupidissimū mei, singularēq; mihi beneuolentiā p̄stitisse cognouī. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, qm̄ hęc erant tempora, facile, & equo aīo carebam. Hoc vero eiusmodi esse statuo, vt sine talium virorum, & amicorum beneuolentiā, neq; in aduersa, neq; in secunda fortuna quisq; viuere possit. itaq; hoc ego mihi gratulor. Tu vero vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi p̄stabo. Vale.

Gratulor mihi.

SERVIVS SVLPITIVS CICERONIS. S.

Certiores facere.



Tsi scio non iucūdiū nūciū me vobis allaturū, tñ qm̄ CASVS, ET NATVRA in bonis dominat, visum est faciēdū, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. Ad. X. Calen. Junii, cū ab Epidauro Pireū nauī aduectus essem, ibi Marcellū collegā nostrū conueni, eūq; diē ibi consumpsi, vt cū eo essem. Postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iurisdictionem absoluerem, ille, vt i aiebat, supra Maias Italiam versus nauigaturus erat. Postridie eius diē cū ab Athenis proficisci i aīo haberem, circiter horam decimam noctis Posthumius familiaris ei⁹ ad me venit, & mihi nūciauit, M. Marcellum collegam nostrum post cœnę tēpus a P. Magio Chilone familiari ei⁹ pugnione percussum esse, & duo vulnera accepisse, vnū in stomacho, alterū in capite secundū aure, sperare tñ eū viuere posse. Magiū seipsum interfecisse, postea se a Marcello ad me missum esse, qui hęc nunciaret, & rogaret, vt i cogere medicos. coegi, & e vestigio eo sum profect⁹ prima luce. cū non lōge a Pireo abessem, puer Acidini obuiā mihi venit cū codicillis, in qb⁹ erat scriptū, paulo ante lucē Marcellū diē suum obiisse. Ita vir clarissimus ab hoīe deterrimo acerbissima morte est affect⁹, & cui inimici p̄pter dignitatē p̄p̄cerant, inuētus ē amicus, q̄ ei mortē afferret. Ego tñ ad tabernaculū ei⁹ p̄xi, inueni duos liberos, & pauculos seruos, reliquos aiebāt p̄iugisse metu p̄territos, q̄ dñs eorū aīo tabernaculū sterfec⁹ eēt. Coact⁹ sū in

Postridie.

Marcelli cędes.

Secundum aurem.

Diem suū obire.

eadē illa lectica, qua ipse delatus erā, meisq; lecticariis in urbē eū referre, ibiq; p̄ ea copia, quę Athenis erat, funus ei satis amplū faciendū curauī. Ab Atheniēsis locū sepulture intra urbem ut darēt, impetrare nō potuī, q̄ religione se impediri dicerēt, neq; tamen id antea cuiq; cōcesserāt. Qd̄ pximū fuit, ut in quo vellemus Gymnasio eū sepeliremus, nobis pmiserūt. Nos in nobilissimo orbis terrarū GYMNASIO ACADEMIAE Locū delegim⁹, ibiq; eū cōbussim⁹, posteaq; curauim⁹, ut iidē Atheniēses in eodē loco monimētū ei marmoreū faciendū locarent. Ita, q̄ nostra officia fuerūt, p̄ collegio, & pp̄inquitate, & uiuo, & mortuo oīa ei p̄stitimus. Vale. Datē Pirēi. Calen. Iun. Athenis.

M. CICERO. S. D. P. NIGIDIO FIGVLO.



Verētī mihi iādū qd̄ ad te potissimū scriberē, nō modo certa res nulla, sed ne genus quidē literarū vsitatū veniebat in mētē. Vnā em̄ partē, & cōsuetudinē earū epistolarū, quib⁹ secūdis rebus uti solebamus, tēpus eripuerat, p̄feceratq; fortuna, ne qd̄ tale scribere possem, aut omnino cogitare. Relinquebat triste quoddā, & miserū, & his tēporib⁹ cōsentaneū genus literarū. Id quoq; deficiebat me, in quo debebat esse aut p̄missio auxiliū alicuius, aut consolatio doloris tuī. Quid pollicerer nō erat: ipse em̄ pari fortuna abiectus, aliorū opibus casus meos sustentabam, sepiusq; mihi veniebat in mētē queri q̄ ita uiuerem, q̄ gaudere q̄ uiuerem. Qz̄ enim nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria, nec mihi quicq; tali tempore in mētē venit optare, qd̄ nō vltro mihi Cēsar detulerit, tamē nihilominus eis cōficior curis, ut ipsum qd̄ maneā in vita, peccare me existimem. Careo em̄ cū familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit fuga, tū oībus amicis, quorū beneuolentiā nobis cōciliarat per me quoddā te socio defensa respu. versorq; in eorū naufragiis, & bonorū direptionibus, nec audio solum, quod ipsum esset miserū, sed etiam video, quo nihil est acerbius, eorū fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incēdiū extinxim⁹, & in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nūc iis quidē omnib⁹ carem⁹. Obtinemus ipsi⁹ Cēsaris summā erga nos humanitatē, sed ea plus nō potest, q̄ vis, & mutatio oīm rerū, atq; tēporū. Itaq; orbis iis rebus oībus, q̄bus & natura me, & volūtas, & cōsuetudo asuesfecerat, cū ceteris, ut qdem videor, tū ipsi mihi displiceo. Natus. n. ad agēdū semp̄ aliquid dignū viro, nūc nō mō agēdi rationē nullā habeo, sed ne cogitādī qdē: & q̄ antea aut obscuris hominibus, aut etiā fontib⁹ opitulari poterā, nūc P. Nigidio vni oīm doctissimo, & sanctissimo, & maxima quoddā gratia, & mihi certe amicissimo, ne benigne quidē polliceri possum. ergo hoc ereptū est literarū genus. Reliquū est, ut cōsoler, & afferā rationes, quibus te a molestiis coner abducere. At ea qdē facultas vel tuī, vel alterius cōsolādī, in te summa est, si vnq; in vllō fuit. Itaq; eā partē, q̄ ab exquisita quadā ratione, & doctrina p̄ficiscit, nō attingam, tibi totā relinqū. Quid sit forti, & sapiētī homine dignū, qd̄ grauitas, qd̄ altitudo animi, quid acta tua vita, qd̄ studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitēt, tu videbis. Ego qd̄ intelligere, & sentire possum, q̄a sum Rome, & q̄a curo, attēdoq; id tibi affirmo, te in istis molestiis, in quib⁹ es hoc tēpore, nō diutius futurū: in iis autē, in q̄bus etiā nos sumus, fortasse semp̄fore. Videor mihi p̄spicere primū ipsius animū, qui plurimū potest, p̄pen sum ad salutē tuā. Nō scribo hoc temere: quo minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandū curiosior. Quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandū. Familiareis vero eius, & ii quidē, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te & loquunt, & sentiūt: accedit eodē vulgī volūtas, vel potius cōsensus omnīū: etiā illa, q̄ minimū nūc quidē potest (sed possit necesse est) resp. quoscūq; viros habebit, ab iis ipsis q̄bus tenet, de te p̄pediēt (mihi crede) impetrabit. Redeo igit̄ ad id, ut iā tibi etiā pollicear aliquid qd̄ primo omiseram. Nā & amplectar eius familiarissimos, qui me admodū diligunt, multūq; mecū sunt, & in ipsius cōsuetudinē, quā adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo, & cerre omneis vias persequar, quibus putabo ad id qd̄ volum⁹, puenire posse. In hoc toto genere plura faciā, q̄ scribere audeo. Cetera, q̄ tibi a multis prōpta esse certo scio, a me sunt paratissima: nihil in re familiari mea est, qd̄ ego malim meū esse, q̄ tuū. Hac de re, & de hoc gñe toto, hoc scribo parcius, q̄ te id qd̄ ipse cōfido, sperare malo te esse vsurū tuīs. Extremū illud est, ut te horter, & obsecrē, aīo ut maximo sis, nec ea solū meminēris, q̄ ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiā, q̄ ipse ingenio, studioq; peperisti. q̄ si colliges, & sperabis, omnia oprime, & q̄ accidēt, qualiacūq; erūt, sapiētē ferēs. Sed hęc tu melius, vel optime oīm.

Athenis in
tra urbē nō
sepelitur
hospes.
Academia.
Faciendum
locarent.

Tvlla.

Deficio.

Cū & tum.

P. Nigidio.

non semp

Irator.

Certo scio.

Oīa opti.

Epistolarum familiarium

Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo, tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo, Vale.

M. CICERO, S. D. CN. PLANCO.



Inas a te accipi literas Corcyre datas: quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses me meam pristinam dignitatem obtinere: alteris dicebas, te velle, quod egissem, bene, & feliciter euenire. Ego autem si dignitas est bene de re publica sentire, & bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam. Sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis, agiturque scilicet, si nosmetipsos regere possimus, ut ea quae partem iam adsunt, partem impedit, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte cedere ostendat, ex altera seruiturum. Quo in periculo nonnulli mihi me consolatur, cum recordor haec me tunc vidisse, cum secundas etiam res nostras, non modo aduersas pertimescebam, videbamque quanto periculo de iure publico disceptaret armis. Quibus si inuicissent, ad quos ego pacis spe non belli cupiditate adductus accesseram, intelligebam tamen & iracundiam hominum, & cupiditatem, & insolentiam, quae crudelis esset futura victoria: sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus civium, partim amplissimorum, partim etiam optimorum, quae me haec predicentem, atque optime consulentem salutem suam, malebant nimium timidum, quae satis prudentem existimari. Quod autem mihi de eo quod egerim gratularis, te ita velle certo scio, sed ego tam misero tempore nihil noui consilii coepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam tempore offendissem. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis charissima mea salus, & mea fortuna esse debebat, cum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem, nouarum me necessitudinum fidelitate, contra veterum inimicorum perfidiam, muniendum putauim. Sed de nostris rebus satis, vel etiam nimium multa. De tuis velim ut eo sis animo, quo debes esse, id est ut ne quid tibi precipue timendum putes. Si enim status erit aliquis ciuitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video expertum fore. Nam alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quae videam quae sim hoc tempore, & quae possim, opera tamen, & consilio, studio quidem certe, rei, famae, salutem tuam praesto futurum. Tu velim & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quod diligentissime certiorum. Vale.

Quidē cer
te.

M. CICERO, S. D. CN. PLANCO.



Coepi perbreuis tuas literas, quibus id quod scire cupiebam, cognoscere non potui. Cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam quod fortiter ferres communem miseriam, non intellexi: quod me amares, facile perspexi, sed hoc scieram. Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. Sed tamen etsi antea scripsi, quae existimaui scribi oportere, tamen hoc tempore breuiter commendandum putauim, ne quo periculo te proprio existimares esse. In magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut proprio fortunam, aut precipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me praestare possum. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER QVINTVS.

Q. METELLVS CELER, Q. V. F. PROCONSVL, S. D. M. T. CICERONI.



Te vales bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio lesum iri, nec Metellum fratrem ob dictum capite, ac fortunam per te oppugnatum iri: quae si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel familiae nostrae dignitas, vel meum studium erga vos, remque publicam satis subleuare. Nunc video illum circumuentum, me desertum, a quibus minime conueniebat. Itaque in luctu, & squalore sum, qui provinciam, qui exercitum praesum, qui bellum gero. Quae quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administratis, non erit mirandum, si vos poenitebit. Etiam mobili in me meosque esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a republica abducat. Vale.